



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Vita Ephrem Antiocheni patriarchæ, & quomodo Styliten monachum à  
Seuerianæ Hæreseos impietate conuerterit. Capvt. XXXVI.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

bibit, sed eandem seruauit regulam.

*1. Vino non est vsus sanctus Pater.*

**D**ICEBANT de eodem Archiepiscopo Elia, & de Flauiano Antiochiæ Archiepiscopo, quòd ab Anastasio Imperatore ambo fuerint exilio relegati propter sanctam Calcedonensem Synodum, Elias quidem in Haila, Flauianus verò apud Petram: Die verò quadam significauerunt sibi ambo Patriarchæ mutuo centes: Anastasius hodie mortuus est; eamusque tur & nos, vt cum illo iudicemur. Et post dies ambo migrauerunt ad Dominum.

*Vita Ephrem Antiocheni patriarcha, & quomodo Styliten monachum à Seueriana Hæreseos impietate conuerterit.*

C A P V T. XXXVI.

**N**ARRAVIT nobis quidam Patrum sancto Ephrem Antiocheno Patriarcha quòd valde zelans fuerit, & feruens eius fidem. Cùm enim audisset de Stylite illo, qui erat in partibus Hierapolis, quòd Seueriana esset hæreseos, abiit ad illum, vt impietatem dissuaderet illi. Cœpit ergo diuus Ephrem corripere Stylitem, & orare, vt accederet ad sanctum Apostolicum thronum, & communicaret sanctæ, & Apostolicæ Ecclesiæ. Respondens verò Stylites ait: Ego synodo prorsus non communico. Dicit illi sanctus Ephrem. Et quomodo vis, vt curente, & satisfaciam pro gratia Domini nostri Iesu Christi? Sancta Ecclesia libera est ab omni sorte prauitatis hæreticæ. Dicit ad eum Stylites: Accendimus ignem, domine Patriarcha, & ingrediamur in illum, & quæ flâma non læserit. ille orthodoxus erit, illumque sequi debemus. Hoc autem dixit, vt terret Patriarcham. Respondit sanctus Ephrem Stylitæ: O-

post-

portebat quidem te, fili mi, tanq̄ patri obtemperare, nihilq; à nobis ampliùs quærere. Quoniam verò rē postulasti excedentem quidem vires infirmitatis meæ, cōfido tamē in miserationibus filij Dei, quia tuæ salutis causā & hoc faciā. Tunc ait diuus Ephrem astantibus omnibus: Benedictus Dominus, afferte huc ligna. Cū verò allata essent ligna, succendit illa Patriarcha ante columnam, dicitq; Stylitæ: Descende nunc, vt iuxta decretū tuū ingrediamur ambo. Stupefactus ille ad Patriarchæ constantiā, descendere noluit. Tunc dixit ad eum Patriarcha: Nōne tu hoc fieri petijisti? Et quō id nunc facere non vis? Tunc exuens se quā indutus erat stola Patriarcha, cum accessisset propugnem, orauit dicens: Domine Iesu Christe Deo noster, qui propter nos dignatus es de sancta Domina nostra Dei genitricē, semperq; virgine Maria incarnari, & nasci, ostende nobis veritatem. Et completa 2 oratione, iactauit stolam suam in medijs ignibus. Cū autē ignis quasi per tres horas duasset, lignaque iā igne consumpta essent, tulerunt inde stolā integrā, ita vt nulla ignis indicia in ea deprehendi possent. Tunc Stylites vidēs, quod factū fuerat, certior de veritate factus, anathematizauit Seuerum, & ei⁹ hæresim, accedēsq; ad sanctā Catholicā Ecclesiā, de manib⁹ sancti Ephrem communicauit & glorificauit Deum.

1 Vides, quòd qui est heresi infectus, extra sanctā Catholicam, & Apostolicā Ecclesiam reperitur.

2 Mirando Sancti peregerunt.

Vita Episcopi, & cathedra relictā venit in .S. ciuitatem, & mutato habitu ministrabat Architectis

## CAPV T. XXXVII.

VIDAM Patrū enarrauit nobis de quodā Episcopo, quòd, relicto Episcopatu suo, pfect⁹